



**Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones  
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Vtrum Deus possit facer quæ non facit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

## QVAEST. I. DE POTEN. DEI ARTIC. V.

sed quo iudicatur. Quantum ad primam, scindum est, quae sunt duas scientiae; quarum una considerat causas altiores, & alia minus altas, iudicium in utraque non eodem modo sumentur, sed secundum causas, quas utraque considerat, ut patet in medio & astrologo, quorum astrologus, considerat causas supremas, medicus autem causas proximas. Unde medicus dabit iudicium de sanitate vel morte infra secundum causas proximas, id est, virtutem naturae, & uitatem morbi: astrologus vero secundum causas remotas, scilicet secundum positiones syderum. Eodem modo est in proposito. Est enim duplex sapientia, scilicet mundana, quae dicitur Philosophia, que considerat causas inferiores, scilicet causas causatarum, & secundum eas iudicat. Et diuina, que dicuntur Theologia, que considerat causas supremas, id est, diuinis, secundum quas iudicat. Dicuntur autem superiores causae diuina attributa, ut sapientia, bonitas, & voluntas diuina, & huiusmodi. Secundum tamen quod ista questione frustra mouetur de effectibus, qui non possunt esse nisi superiorum causarum, id est, quos Deus facere potest, illos enim non conuenit dici possibiles, vel impossibilis secundum causas inferiores. Sed hec questione modetur de illis effectibus, qui sunt causarum inferiorum. Hi enim effectus sunt inferiorum, & su periorum: sic enim potest in dubitationem uerti. Similiter etiam ista questione non habet locum in illis possibilibus, & impossibilibus, quae non dicuntur secundum aliquam potentiam, sed secundum sapientiam. Effectus autem causarum secundarum, de quibus est questione, secundum iudicium Theologi, dicuntur possibiles & impossibilis secundum causas superiores: secundum autem iudicium Philosophi, dicuntur possibiles, vel impossibilis secundum causas inferiores. Si autem considereretur illud iudicium quantum ad naturam eius, de quo iudicatur, sic patet, quod effectus debent indicari possibiles, vel impossibilis secundum causas proximas, cum actio causarum remotarum, secundum causas proximas determinetur, quas praecepit effectus imitatur, & ideo secundum eas praecepit iudicium de effectibus similitudine. Et hoc patet etiam per simile de potentia passiva. Nam materia non dicitur proprie loquendo in potentia ad aliquid, quae est remota, sicut terra ad ictipum, sed quae est propinquata uno motore potest exire in actu, ut patet per Philosophum 9. Mera, sicut aurum est potentia ictipus, sola arte educente in actu. Et similiter effectus in quantum est ex sua natura, non nisi propinquas causas possibiles vel impossibilis dicuntur.

AD PRIMUM dicendum, quod sapientes mundi propter hoc stulti vocantur, quia quae secundum causas inferiores sunt impossibilia, simpliciter & absolute impossibilia iudicabant, etiam Deo,

AD SECUNDUM dicendum, quod comparatio possibilis ad potentiam, non est sicut mensurati ad mensuram, sed sicut obiecti ad potentiam. Contingit tamen diuina potentiam omnium potentiarum esse mensuram.

AD TERTIUM dicendum, quod hinc causa prima maxime influat in effectum, tamen eius influentia per causam proximam determinatur & specificatur, & idcirco eius similitudinem imitatur effectus.

AD QUARTUM dicendum, quod quamvis illuminare cakum sit Deo possibile, non tamen potest dici omnino possibile.

AD QUINTUM dicendum, quod mundum fore, sicut possibile respectu causarum superiorum, unde hoc non pertinet ad questionem praesentem. Et propterea,

istud dictum, mundum fore, est possibile, non solum secundum diuinam potentiam actuam, sed secundum seipsum, quia termini non sunt dilcoherentes.

AD PRIMUM quod in contrarium obicitur dictum, quod ratio illa procedit quantum ad naturam in contraria effectus, de quo iudicatur.

AD SECUNDUM dicendum, quod licet illud quod est possibile secundum causas inferiores, sit et possibile secundum superiores, non tamen ita de impossibili: immo magis est contrario: unde non sequitur, quod iudicium debeat sumi inveniale siue universaliter secundum causas inferiores de possibili, & impossibili.

AD TERTIUM dicendum, quod non iudicatur aliqua impossibilia vel possibilia secundum alias casas, quia sunt similes illis causis in possibilitate vel in impossibilitate, sed ga causis illis sunt possibles vel impossibiles.

AD QUARTVM dicendum, quod secundum considerationem Theologi, omnia illa quae non sunt in se impossibilia, possibilia dicuntur: secundum illud, Omnia possibilia sunt credenti: & non est impossibile apud Deum omne verbum.

AD QUINTVM dicendum, quod licet oia illa in causis superioribus non inveniat, in causis superioribus sunt subiecta. Et propterea, obiectio illa procedit de potentia passiva, non de actua: de quanunc loquimur.

## ARTICULUS V.

Vtrum Deus possit facere que non facit.

Quinto queritur. Vtrum Deus possit facere quod non facit, & dimittere quod facit. Et vii, quod non. Deus non potest facere nisi quod preficit se facturum: sed non praeficit se facturum nisi quod facit. ergo Deus non potest facere nisi quod facit. Sed dicet respondens, quod ratio ista procedit de potentia in ordine ad praeficiendam, non de potentia absoluta.

¶ 2 Sed contra, immobilia sunt diuina humanis: sed apud nos que fuerunt, non possunt non fuisse: ergo multo minus que Deus praeficit, non potest non praeficiisse: sed praeficienda mente non potest alia facere. ergo Deus absolute loquendo, non potest alia facere, quam quae fecit.

¶ 3 Pr. Sicut diuina natura est immutabilis, & ita diuina sapientia: sed ponentes Deum agere ex necessitate naturae, ponebant eum, non posse alia quam que fecit. ergo similiter nos debemus ponere quod dicimus Deum agere secundum ordinem sapientiae. Sed dicet respondens, quod ratio ista procedit de potentia regulata per sapientiam, non de potentia absoluta.

¶ 4 Sed contra, illud quod non potest fieri secundum ordinem sapientiae, absolute hoc Christo impossibile dicitur: quoniam illud potuerit de potentia absoluta. Dicitur. Si dixeris, quod non noui est, ero similis tuis mendax. Poterat. n. Christus haec uera pronuntiaret: sed quia contra ordinem sapientiae erat, de absolute, quod Christus non potuerit mentiri: ergo multo amplius quod non est secundum ordinem sapientiae, absolute loquendo, Deus non potest.

¶ 5 Pr. In Deo duo contradictiones simul esse non possunt: sed absolute & regulatum contradictionem implicat. nam absolute est, quod secundum se consideratur. illud uero quod regulatum, ordinem ad aliud habet. ergo in Deo non debet ponni potentia absoluta & regulata.

¶ 6 Pr. Potentia & sapientia Dei sunt aequales, unde ergo aliam non excedit: potentia ergo ab aliis sapientia esse non potest, & ita potentia diuina semper est sapientia regulata.

¶ 7 Pr. Quod Deus fecit, est iustum; sed non potest facere

QVÆST. I. DE POTEN. DEI ARTIC. V.

5

facere nisi iustum: ergo nō potest facere nisi quod fecit, vel faciat.

¶ 8 Præt. Bonitas diuinæ est, vt nō solum se communicet, sed ordinatissime se communicet. Sic ergo ea quæ sunt a Deo, ordinatae sunt. Sed præter ordinem Deus facere non potest, ergo non potest facere alia quam quæ fecit.

¶ 9 Præt. Deus non potest facere nisi quod vult: quia in agentibus per voluntatem potentia sequitur voluntatem, uelut imperantem. Sed non vult nisi quæ facit, ergo non pōt facere nisi quod facit.

¶ 10 Præt. Deus cum sit sapientissimus operator, nihil agit sine ratione. Rationes autem quib. Deus agit. Dion. 5. cap. de Diu. no. dicit esse productus existentium. Existentiæ autem sunt, quæ sunt. Et sic Deus rationes non habet nisi eorum quæ sunt. ergo non potest facere nisi ea quæ facit.

¶ 11 Præt. Secundum Philosophos, res naturales sunt in primo motore qui Deus est: sicut artificia in artifice, & sic Deus operatur tanquam artifex.

Sed artifex non operatur sine forma uel idea sui operis. Domus enim quæ est materia, est a domo quæ est in mente artificis secundum Phil. Sed Deus non habet ideas nisi eorum quæ facit, uel facit, uel facturus est ergo præter hoc Deus nihil agere pot.

¶ 12 Præt. Aug. in lib. de Symbolo dicit. Hoc iolum Deus non potest, nisi quod non vult. Sed nō vult nisi quæ facit. ergo non potest nisi quæ facit.

¶ 13 Præt. Deus mutari non potest: ergo non se haber ad utrumlibet contrariorum, & sic sua potentia est determinata ad unum, ergo non potest facere nisi quæ facit.

¶ 14 Præt. Quicquid Deus facit aut dimittit, facit aut dimittit optimæ ratione. Sed Deus non potest facere aliquid aut dimittere nisi optimæ ratione, ergo non potest facere nec dimittere nisi quod facit aut dimittit.

¶ 15 Præt. Optimus est optima adducere fm Platonē: & sic Deus cum sit optimus, optimam facit: sed optimū cū sit superlatuum, uno modo est. ergo Deus non pōt facere alio modo, uel alia quam quæ facit.

SED CONTRA est quod dicit Christus Deus & homo Matth. 26. An possum rogare patrem: Poterat ergo Christus aliquid quod non faciet.

¶ 16 Præt. Eph. 3. dī. Ei qui pōt oīa facere superabundanter quam intelligimus aut petimus, nō tamen omnia facit ergo potest alia facere quam quæ facit.

¶ 17 Præt. Potentia Dei est infinita. Hoc autem non est, si determinaretur ad ea tantum quæ facit. ergo potest alia facere quam quæ facit.

¶ 18 Præt. Hugo de sancto Viēt dicit, qm omnipotētie Dei non adequatur opus. ergo potentia excedit opus, & ita plura potest facere quam quæ facit.

¶ 19 Præt. Potentia Dei est auctus non finitus, quia nō per aliquid finitur. hoc autem non est, si limitaretur ad ea quæ facit. ergo idem quod prius.

RESPON. Dicendum, qm hic error. i. Deum non posse facere nisi quæ facit, duorum fuit. Primo fuit quorundam Philophorum dicentium Deū agere ex necessitate nature. Quod si esset, cum natura sit determinata ad unū, diuina potētia ad alia agenda se extendere non posset qm ad ea quæ facit. Secundo fuit quorundam Theologorum considerantū ordinem diuinæ iustitie & sapientie, qm quæ res sunt a Deo, quem Deū preferre non posse dicebant. Et incidebat in hoc, ut diceret, qm Deus nō pōt facere nisi qm facit. Et imponitur hic error magistro Petro Almalareco. Harum ergo positionū veritatē inquiramus uel falsitatem. Et primo prime. Quod n. Deus

A non agat ex necessitate naturæ, plantum est uidere. Omne enim agens, agit propter finē, quia omnia optant bonum. Actio autem agentis ad hoc, qm sit coueniens fini, oportet, qm ei adaptetur & proportionetur: quod non potest fieri nisi ab aliquo intellexit, qui finem & rationem finis cognoscat, & proportionem finis ad id quod est ad finem, alter couenientia actionis ad finem casualis esēt. Sed intellectus præordinans in finem, quandoque quidem est coniunctus agenti uel mouenti, ut homo in sua actione: quandoque separatus, ut pater in sagitta, quæ ad determinatum finem tendit, non per intellectum sibi coniunctum, sed per intellectum hominis ipsam dirigentem. Impossibile est autem id, quod agit ex naturæ necessitate, sibi ipsi determinata finem, quia quod est tale, est ex se agens, & quod est agens uel motum ex seipso, in ipso estragere uel non agere, moueri uel non moueri: vt dicitur. 8 Phyti. & hoc non potest competere ei qm ex necessitate mouerit, cum sit determinatum ad unū. Vnde oportet, quod omni ei quod agit ex necessitate naturæ, determinetur finis ab aliquo quod sit intelligens. Propter quod dī a Philosophis, quod opus naturæ, est opus intelligentiae. Vnde, si aliquod aliud corpus naturale adiungitur alicui intellectui, sicut in homine patet, quantum ad illas actiones quibus intellectus illius finem determinat, obedit natura uoluntari, sicut ex motu locali hominis patet: quantum uero ad illas actiones, in quibus ei finem non determinat, non obedit, sicut in actu nutrimenti & augmenti. Ex his ergo colligitur, qm id, quod ex necessitate nature agit, impossibile est esse principium agens, cum determinetur sibi finis ab alio. Et sic patet, qm impossibile est Deum agere ex necessitate nature, & ita radix primæ positionis falsa est. Sic autem restat inuestigare de secunda positione. Circa quod scientium est, quod dupliciter dī aliquis non posse aliquid. uno modo absolute, qm. s. aliquid principiorum, quod sit necessarium actioni, ad actionem illam non sc extendit, ut si pes sit contractus, hō nō potest ambulare. Alio modo ex suppositione positio. opposito alicuius actionis, actio fieri non potest: non enim possum ambulare dum sedeo. Cum autem Deus sit agens per uoluntatem & intellectum, ut probatum est, oportet in ipso tria actionis principia considerare. Et primo intellectum: secundo uoluntatem: tertio potentiam naturæ. Intellectus ergo uoluntatem dirigit, uoluntas uero potentia imperat, quæ exequitur. Sed intellectus non mouet nisi in quantum ponit uoluntati suum appetibile: unde totum mouere intellectum est in uoluntate. Sed dupliciter dī Deum absolute non posse aliquid. Vno modo qm potentia Dei non se extendit in illud, sicut dicitur, quod Deus non potest facere, qm affirmatio, art. 3. huius & negatio sint simul uera, ut ex supra dictis patet. sic aut non pōt dici, quod Deus non pōt facere nisi quod facit. Cōstat. n. quod potentia Dei ad multa alia potest se extendere. Alio modo, qm uoluntas Dei ad illud se extendere non pōt. Oportet. n. quod que libet uoluntas habeat aliquem finem, quem naturaliter uelit: & cuius contrarium uelle non possit. Sicut homo naturaliter, & de necessitate uult beatitudinem, & miseriam uelle non potest. Cum hoc aut, quod uoluntas uelit necessario finem suum naturalē, uult etiam de necessitate ea, sine quibus finē habere non potest, si hoc cognoscit. & hæc sunt qm sunt commensurata fini. Sicut si uolo uitam, uolocibū. Ea uero, sine quibus finis haberi pōt, quæ nō sunt

B C D

<sup>in ista art.</sup>

Præt. Potentia Dei non se extendit in illud, sicut dicitur, quod Deus non potest facere, qm affirmatio, art. 3. huius & negatio sint simul uera, ut ex supra dictis patet. sic aut non pōt dici, quod Deus non pōt facere nisi quod facit. Cōstat. n. quod potentia Dei ad multa alia potest se extendere. Alio modo, qm uoluntas Dei ad illud se extendere non pōt. Oportet. n. quod que libet uoluntas habeat aliquem finem, quem naturaliter uelit: & cuius contrarium uelle non possit. Sicut homo naturaliter, & de necessitate uult beatitudinem, & miseriam uelle non potest. Cum hoc aut, quod uoluntas uelit necessario finem suum naturalē, uult etiam de necessitate ea, sine quibus finē habere non potest, si hoc cognoscit. & hæc sunt qm sunt commensurata fini. Sicut si uolo uitam, uolocibū. Ea uero, sine quibus finis haberi pōt, quæ nō sunt

E

De his optionibus v. y. de primam partem, q. 1. art. 2.